



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri
Theologi, Jnstitvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè
factorum pertinentes, breuiter tractantur

Azor, Juan

Coloniae Agrippinae, 1602

10. De ordine, quo preces horariæ Canonicæ recitari debent.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14077

Non quæritur, An Vespertinæ preces tempore Quadragesimæ ieiunij, quod proximè ante Pascha suscipitur, ante prandium per solui debeat? *Syluester Hora, quest. 9. ditto 5.* Caietanus in *Summa Hora Canonicae*. Nauarrus de oratione, cap. 3. numer. 41. ut probant ex cap. Solent de conserua diffinct. 1. respondent, publicas in Ecclesijs preces iure communis ante prandium decantari debere, nullo tamen iure cogi Clericos eas priuatim ante prandium recitare. At enim potius est vnu, & consuetudine receptum, ut etiam priuatim à Clericis ante prandium recitentur: nihilominus tamen honesta aliqua de causa, & iusta ad pomeridianum temporis differuntur.

Caput X.

De Ordine, quo preces Horariae Canonicae recitari debent.

PRIMO quæritur, An qui Ordine præpostero preces Canonicas recitat, non nihil delinquit? Conueniunt omnes, ut constat ex Syluest. *Hora, questio. 9. ditto. 4. & quest. 12. ditto. 1.* eum nequam lethaliter peccare, qui in recitandis precibus Horariorum præpostorum ordinem tenet, etiam si id faciat, absque iusta causa; dummodo tamen contemptus absit. Conventient itidem vniuersi, ex legitima causa Ordinem Horariorum precatum absque peccato inuerti; velut qui per obliuionem, aut inconsideriam, Tertiam Primam, aut Sextam Tertiæ anteponit. Ex quo fit, eum minime peccare, qui precibus Primæ non recitat, Tertiæ officium persoluit, quod nimis ad id recitandum rogetur, aut inuitetur à socio, amico, vel familiari, cui ut obsequium præstet, facile postulata concedit. Nec item peccat is, qui post incepit Tertiam recordatur, se Primam non recitas, & nihilominus Tertiam prosequitur, animo, & voluntate recitandi postea Primam. Qui tamen sine causa legitima Ordinem interuerteret, veniale peccatum non effugeret. Vult enim ac præcipit Ecclesia, ut in recitatis precibus Horariorum ordo seruetur, quod studiosius, religiosius, & fructuosius Diuinum officium persoluatorum.

SECUNDÒ quæritur, An qui Ecclesiasticum officium Fieræ cōueniens exfoluit, cum alio qui præstare deberet officium certo alicui Sancto destinatum, aut è contrario, suo muneri, & Ecclesia satisfaciat? Fatentur omnes, eum qui scinter, ac dedita opera Ecclesiasticum mutat officium ex toto, aut ex parte, Ecclesia satisfacere, & tantum veniale peccatum admittere. Nam iuris est Canonici, ut septem preces Horariae recitetur, quod verò hoc officium, aut illud persoluatorum, non attinet ad substantiam legis, sive præcepti; sed ad modum, circumstantiamque, ac solennem officij ceremoniam, ac ritum, ac proinde in murando officio, aut præpostore recitando, minime legis substantia violatur. *Sylu. vna cum alijs. Hora. q. 12. ditto. 1.* Hinc est, ut si per obliuionem, aut inconsideriam bona fide ex toto, vel ex parte officium mutetur, peccatum non sit. **Q**UARES, an qui per errorem, aut scinter Officium mutauerit, reperire debeat. Officium intermissum? **R**espondeo cum communi intentia, quam refert Sylu. *Hora.*

q. 9. ditto. 4. & q. 12. ditto. 1. eum minimè ad id faciendum adstringi, quoniam, quæ ad legis substantiam pertinent, exfoluit, quare consilium est reperire, præceptum non item. **O**bijecies: Si Officium mutare ex toto, vel ex parte, vel preces Canonicas perturbato ordine recitare, ad modum legis, non substantiam spectat; sequitur, ut nullum pecatum is. **C**lericus committat, qui ordinem mutat, tametsi id scienter faciat. **R**espondeo, id non sequi, quia quamvis hic modus ad legis substantiam minimè referatur, non nihil tamen est peccati, quia Ecclesia constituit, ut is modus, ratio, & ordo in recitandis precibus Canonicas serueratur, non tanquam id, in quo confitatur lex, sed tanquam legis iusta, & debita ceremonia, ritus, & modus. **C**æterum Angelus, ut testatur Sylu. *Hora. q. 12. ditto. 1.* fensit, Beneficiarium scienter officium mutantem in toto vno die, lethaliter peccare, alios Clericos non item. **S**ed id Syluester merito confutat.

TERTIÒ quæritur, An qui recitat preces canonicas longe ante tempus, quām oporterer, eas repetere debet? **V**na est omnī opinio, si preces Horariae, quæ ad certum diem pertinent, pridie, aut postridie recitentur, Ecclesia non satisficer. **D**ices, creditori i satisfacere debitorum, si antet tempus constitutum ei debitum solvatur. **R**espondeo, disparem esse rationem de precibus Canonicas, ac de debito pecuniariorum creditoris solvēdōs quoniam preces Horarias persolui quotidie iubet Ecclesia ob cultum, & honorem, quem singulis quibus diebus Deo, Sanctisue caelestis patrī ciuibus deferri voluit. Quemadmodum igitur ieiunium certis diebus seruandum, ut sacrum certi die festo audiendum, non sufficit pridie, aut postridie seruare, vel audire: Si horariae preces certo, ac præstito die solvēndae, altero die sue præcedenti, sive sequenti reddi iure nequeunt. Nec est, quod alii qui mihi opponat, Nocturnas vigilias, & Matutinas laudes certi diei destinatas, prius ad Vesperam Clericos soluere consuevit: nam, ut prædicti, id consuetudo introduxit, ut etiam in alijs precibus Horariorum minimè locum habet, quia id consuetudo non habet. Afferunt itidem omnes, si preces Horarias, ante tempus ipsius depositum, Clericus recitet, intra eum tamē diem, ad quem pertinent; Ecclesia præcepto satisficer, nec eas esse iterandas: ex quo fit, ut etiam si Primæ Hora officium longè ante solis ortum, post medianam noctem persoluatorum, repeti non debet: Et Vespertina item, aut completa precatio ante meridiem recitata, iteranda ratione præceptio non sit.

Obijecies, primas Vespertinas preces in diebus festis celebroribus esse recitandas post medianam noctem, si recitare ante non fuerint: quidem ex etiam Vespertinae preces ad diem sequētem spectant, cum diei festi celebritas à prima Vesperta incipiatur, quod attinet ad Ecclesiasticum officium. **R**espondeo, Officium Ecclesiasticum celebris, atque solennius binis Vespertinis precibus constare, primis, & secundis; ita tamen, ut prime die festi diei persolui debeant, ut post medianam illius diei noctem amplius solui nequeant, ut quis Ecclesia præcepto satisfaciat: sicut etiam eodem die ad Vespertinam, vel ante medium no-

Item re-

*Item recitari nequeunt Prima, Tertia, Sexta, Non
nx preces, quæ ad diem proximè sequentem spe
ciant: quāmvis Nocturnæ vigilæ, & Matutinæ
laudes per soluantur; quoniam has preces con
sueto traxit ad Vesperam pridianam, illas ve
rò non item.*

*Quarto queritur, An Ordo seruari debeat in
ter faciendum Missæ sacrificium, & preces Horæ
recitandas? Communis habet opinio, ut ve
rè docuit Franco. tract. de Horis canon. cap. 42. ante
Nocturnas vigilias, & laudes Matutinas perora
tas, sas non esse Clerico rem facere diuinam: quia
licet ius Canonicum ordinem minime statuerit,
conuentudine tamen hic ordo est introductus.
At folius Sotus l. 10. de iust. q. 5. art. 4. cap. 4. dist. 13.
q. 2. art. ad finem, contra communem sententiam do
ceat nullo iure, aut conuentudine Clericorum cogi
hunc ordinem seruare; ac proinde Clericis licere
nondum nocturnas, matutinasque precibus pero
ratis, Missæ sacrificium facere. Hanc nos questio
nem inferius diluemus; cum de Missæ sacrificio
differamus. In præsentia tatis est dicere, contra
Sotum, communem opinionem in hac parte am
pliendam esse.*

*Quintò queritur, Liceat ne Clerico, ante Pri
mam recitatiæ sacris operari? Hanc etiam que
stionem suo loco dissoluimus; vbi breuiter dice
mus, liceret, cum id sit in more postumij immò et
iā propter crebras occupationes, quæ sepius oc
curunt solet: sas est Sacerdoti summō mane Pri
ma, Tertia, Sexta, & Nonæ officium, priuatim
per soluere ante Missæ sacrificium, ut colligitur ex
ta Presbyter. d. 91. cap. c. Presbyter, de celebrat. Missarum.*

Cap. XI.

*Demodo, quo preces Horariæ sunt à
Clericis per soluenda.*

*Primum queritur, An Clerico liceat preces Ca
nonicas recitare, iuxta formulam cuiusque
Episcopi auctoritate approbatam? quod est
querere, an Clericus debeat in Horarijs precibus
exoluendis vti formula sua tantum Episcopi au
toritate confirmata? Tres video opiniones secum
diffidentes. Prima distinguunt sic: Ant Clericus est
ratione sui patrimonij promotus ad Ordines, aut
ratione beneficij certa in alijs qua Ecclesia siti. Si
primum, minime cogitur vti formula à suo E
piscopo constituta, sed potest vti liberè ea, quæ
maluerit. Si secundum, sequi debet formulam eius Ecclesia, in qua sicut est beneficium, & Rel
igiosus eam, quæ suus Ordo regularis, cuius in
stitutum est professus, vti tur. Sic Auctor Directo
rij l. 1. tit. 8. Angel., Hora nu. 12. cap. 14. Syluest. Hora,
q. 1. dist. 4. Tabien. Hora q. 10. cap. 16. Secunda opinio
doct, uniuersim omnibus Clericis sas esse vti
formula Ecclesiæ Romanae, non autem aliarum
Ecclesiæ; sed tantum sicut dicitur: quia nimi
rum Ecclesia Romana est omnium Clericorum
mater communis, sicut communis etiam omnium
partia Roma censetur. Ita Caietanus in Sima: Ho
re uenit. cap. 2. Attamen tertia opinio negat lice
re Clerico vti alia formula, præterquam iugdicio
eius, etiam si sui patrimonij ratione sit proue
ctus ad ordines. Huius sententia fuere Nauar. de*

orat. c. 19. nu. 211. cap. 22. nu. 23. Sot. l. de iust. q. 5. art. 3.

*Nos verò illud dicemus in primis: Iure cōmu
ni Canonico quilibet Clericum secularem in
Officio Ecclesiastico per soluēdo, vti debere for
mula in sua. Dicecefi approbata; sicut alijs qui
libet Religiosus, sui instituti & Ordinis formu
lam teneret, & seruare iure compellitur, vt colli
gi potest ex cap. De his, & cap. Placuit, diff. 12. in quibus
locis constitutum est, vt omnes Clerici, & Eccle
siæ prouinciales eundem in pfallendo modum
cētiant, quem Metropolitanam Ecclesiam habe
re cognouerint. Diceceſin verò Clerici intelli
gimus eam, quæ conuenit Clerico ratione origi
nis, vel domicilij, vel beneficij, in cuius Ecclesia
commoratur, ac resideret. Nihilominus tamen iure
nouo auctoritate Pij Quinti constituto, omnes
Clerici tūm seculares, tūm regulares, vti debent
formula præscripta in Breuiario, iusu eiusdem
Pontificis edito, ut dicitur in Constitutione Pontificia ei
dem Breuiario prefixa. Vbi verò Breuiarium hoc, nō
est vnu receptum, Clericos iure communi vti o
portet.*

*Secundò queritur de Clerico, qui in duabus
Ecclesijs Ecclesiastica beneficia legitime possi
det, quæ formula vti debeat in penso Diuini offi
cij reddendo? Respondet Sanctus Thomas, cuius
sententia communis cōfensi recipitur: iure com
muni antiquo, si in illarū altera Ecclesia residet,
& cōmmoretur, debere vti formula, quæ in Ec
clesia seruatur. Nouo tamen iure Pij Quinti au
toritate constituto, vti debet formula Breuiarij
eiusdē auctoritate promulgati. Si in neutra refi
deat, iure communi debet vti formula, quam te
nit, & seruat ea Ecclesia, in qua dignus, diuitius,
& pinguis beneficium habet: Iure verò nouo
prædicto, seruare debet formulam noui Breuiarij.
At quando beneficia sunt paria, & in neutra
Ecclesia Clericus commoratur, ex iure communi
vti debet formula, quam habet dignior Ecclesia.
Quod si fuerint Ecclesiæ pares dignitate, ex eo
dem iure cōmuni potest vti liberè formula, quæ
in alterutra Ecclesia seruatur, & qua ipse maluerit:
At iure novo prædicto, sequi debet noui Bre
uiarij formulam. Hac ex S. Thoma quodl. 1. art. 13.
quem sequuntur Angel. Hora, nu. 12. cap. 13. Sil. Hora,
q. 1. Tabien. Hora q. 10. Sot. l. de iust. 10. q. 5. art. 3. præ
ter id, quod addidimus ex iure nouo, edito à Pio
Quinto.*

*Tertiò queritur, Qua formula vti debeat Cle
rici scholastici, dum in studio literarum verfan
turi? Respondeo, secundum ius commune, eis esse
seruandam formulam, quæ vnu est recepta in ipso
rum Diceceſi, à qua originem trahunt, vel in qua
domicilium habent, vel in qua beneficium possi
deret; iure tamen nouo, quod diximus, eis est tenē
da noui Breuiarij Pij V. auctoritate editi formula.
Quarto queritur, An vox eius, qui recitat priua
tim preces Horarias, possit esse ita lummifia, ut à
nemine audiat? Perinde est, ac si quereretur,
qualis, & quāta debeat esse vocis pronunciatio in
eo, qui priuatim preces Canonicas recitat. De
qua questione agit Medi. q. 7. de ord. & Naua, de o
rat. c. 20. n. 14. cap. 19. n. 86. Sanè Caiet. 2. s. q. 3. art.
12. videtur afferere tantam esse debere vocis pro
nunciationē, ut vel ab alijs, si ibi præsens adesset,
audiri posset, vel ut seipsum recitando audiat.*